



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Clemens Pap. M. 23. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

.Nov.
neatu
hor-
erò in
o sur-
labo-
mira,
aimas
rela-
s sta-
agi-
sta-
xpli-

lano,
rbore
bien-
mit-

Ce-
mod
no-
da
o-
stu
uo
em
eri
ne
...
il-
co
ro
re

23. Nov. VITÆ SANCTORVM. 571
odore perfudit. Et fecit hic odor post Christum
currere etiam Tiburtium Valeriani germanum,
amboque ita in stadio Christiano cucurrerunt, ut
bravium Martyres obtinerent. CÆCILIA è bal-
nearum, quas tyrannus succenderat, flammis pul-
chrior, tribusque in collo vulneribus velut toti-
dem monilibus ornatior, cùm triduum super-
vixisset, ædesque suas in templum vertisset, Mar-
tyrum vestigia velut paronymphorum insistens,
cælum & ipsa petiit, & Agno denique nupsit mi-
nimè sterilis virgo, ut quæ moriens uno partu
Christo cccc. peperit. Ex Metaphr.

Sunt plurima, quæ Angelis placent, & eos in nobis
invenire delectat; ut est sobrietas, castitas, paupertas vo-
luntaria, crebri in cælū gemitus, & orationes cum lacri-
mis & cordis intentione. Super omnia unitatē & pacem
à nobis exigunt Angeli pacis. S.Bern. s.i.de S.Mich.

S. CLEMENS PAP. M. 23. Novembris.

Prodiit CLEMENS è D. Petri scholâ : virtutis
primò magistri, tum insulæ etiam heres in-
ter Pont. Max. tertius numeratur. Impietatis sub
Trajano accusatus, & in exilium ultra Euxinum
Pontum deportatus, munere suo nec in eâ qui-
dem fortunâ oblitus est fungi, docuitq; bis mille
Christianos, quos ad latomias tyrannus damna-
verat, præter saxa è terrâ patientiam eruere, ad
quam verbis & exemplo crexit, & miraculis fir-
mavit. Etenim cùm aquæ dulcis penuriâ labora-
rent, eamque petere per VI.milliaria cogerentur,
CLEMENS è proximo manare copiosam jussit,
cùm ipse Servator familiarem sibi Agnum indutus
dextro pede & omine fontis indicū fecisset. Por-
tò cum aquâ longè lateque miraculū emanavit.

Et

Et jam ad trecenta milliaria fana Deorum evertabantur, undisque sanctis quingenti quotidie tingebantur; cum denique Procos. Aufidius Pontificem anchoræ illigatum in mare præcipitavit. Emicuit tamen ingens animus, & ad portum cæli enatavit. Ad preces deinde Christianorum mare cessit ad tria milliaria, structumque in imo à Cælitibus Martyri templum tumulumque è marmore ostendit, iterato quotannis deinceps hoc miraculo: quod auxit puer quandoque à parentibus per errorem illic relictus, annumque totum incolumis servatus. Frustra igitur tyrannus mergere laudes CLEMENTIS mari voluit. Anchoram suam Martyr cælo fixit. Ex Metaphr.

Ecce beatus Clemens homo erat similis nobis, & carni sua eodem vinculo naturalis affectionis inhærens; si ergo ille calicem salutaris accepit, quid nos retribuimus Domino pro omnibus, quæ retribuit nobis? eadem certè insignivit imagine, eodē sanguine nos redemit. S.Bern. serm.de S.Clem.

S. TRUDO CONF. 23.Novembris.

IN Hasbaniensi agro spinas inter, hoc est, divitias patrias, educatus flosculus TRUDO suffocari tamen minimè potuit. quin caput supra nubes puer tulit, eoque altius, quò profundius in se descendit. Itaque servulis suis inservire dominum TRUDONEM vidisses. Quam virtutem ut regeret, vilissimos corpori vestiendo pannos injecit. Porro omnia etiam quæ per ludum egit, egit seriò. Quare cum tumultuorio opere & congestis temerè saxis facillum extruxisset, futuri operis sui hoc typum & votum voluit esse, quod reapse postea in proiectâ ætate persolvit. Placuisse & operam